



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Adue[n]tu suo Cardinalem Hosium sanat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Fuit tanti viri adeò fama inclyti, expectatiq; ad-
 uentus, & conspectus tum ceteris periucundus, Aduentus su-
 Cardinalem
 Hofium suat.
 tum miro modo salutaris Hofio Cardinali. Decū-
 bebatur optimus Præsul sanè grauitè, deque vita
 penè desperans ad exitum adornandum seriò iā
 curam adiecerat. At vbi Canisius aduenit, ita dul-
 cissimi conspectu amici, coniunctissimiq; com-
 militonis præsentia affectus est, atque adeò san-
 cti viri salubritate vir sanctus afflatus, vt omnis
 continuò languor abscesserit. Quod pro insigni
 Dei beneficio ipsemet Cardinalis nec mirari de-
 inde, nec prædicare desinebat. Occupationes cō-
 festim plurimæ, variæque ad Canisium quasi ag-
 mine conuolant. Occupationes
 eius in Con-
 cilio. Archiepiscopus Pragensis An-
 tonius de Muglitio, qui nuper ab longo interual-
 lo primus ei Ciuitati, haud nullo Canisij ipsius
 merito, studioque redditus erat, plurimum viri
 opera utebatur: longè plurimum Cardinalis Var-
 miensis, idemque è Concilij Præsidibus, quem
 nuper appellauit, Stanislaus Hofius: qui cum eo
 totum animum & intimos sensus, & quicquid ad
 priuata, publica que attineret negotia, tanquam
 altero se communicabat. Ad hæc consilio adnu-
 meratus est Episcoporum, atque Theologorum,
 b 2 qui-